

voluntatem dei, quae aeterna est, et mundum nulla potest cadere transmutatio. Ergo ante mundum nulla potest esse transmutatio. Ergo mundus coaeternus est voluntati divinae.

Item, secundum exemplum quod positum fuit, non est conveniens in proposito, scilicet quod homo aliquis nunc habet voluntatem faciendi aliquid post tres dies, adveniente autem tertia die facit illud quod ab antiquo voluit. Illud exemplum inconveniens est in proposito, quia licet in voluntate non sit facta transmutatio nec in volente, tamen facta est transmutatio quae est adventus horae, scilicet tertiae diei. Quod si nec facta esset transmutatio in volente, nec in passivo ex quo fieri debuit novus effectus, nec illa transmutatio quae est adventus horae, tunc ex antiqua voluntate non posset fieri novus effectus, quia omnis novus effectus requirit ante se aliquam transmutationem, ut diceret aliquis. Et quia ante mundum non est facta transmutatio in voluntate ex qua factus est mundus, nec in materia ex qua fieri deberet mundus – quoniam mundum non antecedit materia – nec etiam facta est illa transmutatio ante mundum quae est adventus alicuius horae, tunc videtur quod ex voluntate aeterna non potuerit fieri mundus novus. Et ideo illud exemplum inconveniens est in proposito.

Istae sunt rationes per quas quidam haeretici tenentes aeternitatem mundi nituntur impugnare sententiam christianae fidei, quae ponit mundum esse novum; contra quas expedit, ut christianus studeat diligenter, ut sciat eas perfecte solvere, si haereticus aliquis eas opponat.

Avšak medzi božiu vôľu, ktorá je večná, a svet nemôže vstúpiť nijaká zmena. Teda pred svetom nemôže byť nijaká zmena. Teda svet je súvečný s božou vôľou.

Ďalej: Čo sa týka príkladu, ktorý bol uvedený, nehodí sa k preberanej téme, totiž že nejaký človek má teraz vôľu urobiť niečo až o tri dni. A keď nadíde tretí deň, urobí to, čo oddávna chcel. Tento príklad je nevhodný pre preberanú tému, pretože hoci ani vo vôli, ani v chcejúcom nenastala zmena, predsa nastala zmena, totiž v príchode času, t. j. tretieho dňa. Lebo keby nenastala zmena v chcejúcom ani v substráte, z ktorého by mal povstať nový účinok, ani táto zmena, ktorá predstavuje príchod momentu, potom by zo starej vôle nemohol vzniknúť nový účinok. Každý nový účinok si pred sebou vyžaduje nejakú zmenu, ako by niekto povedal. A pretože pred svetom nenastala zmena vo vôli, z ktorej bol svet vytvorený, ani v látke, z ktorej by mal svet vzniknúť – pretože svet nemá časové prvenstvo pred látkou –, a navyše nenastala oná zmena pred svetom, ktorá sa rovná príchodu určitej chvíle. Za týchto okolností sa zdá, že z večnej vôle by nemohol vzniknúť nový svet. A preto je tento príklad nevhodný pre preberanú tému.

Toto sú dôvody, ktorými sa niektorí heretici, ktorí trvajú na večnosti sveta, pokúšajú poraziť náuku kresťanskej viery, podľa ktorej je svet nový; proti nim<sup>28</sup> je potrebné, aby ich kresťan dôkladne študoval, aby ich vedel dokonale vyriešiť, ak ich nejaký heretik predostrie.

<sup>28</sup> Týmto argumentom.